

in seculis regnare est pro
rebu omnibus suppliciter tu
is ut qui videns faciem tuam
confidimus nullus hostis
caritas altera timentam? **D**

Infirmis *Orationibus*

Prois *semper* **Gal.**

Deus *salvus* **eterna**

redemptio mundi nos pro
infirmitas famulis tuis? **D**
quibus tunc tunc implorari
vult auxiliu ut credita
vult famulatu que tibi
vult tua vult tunc ad omnes

Actus *Jacobus* **1. 17.**

Tristitia *aliqua*

multis vult tunc monita
decurrit suscipere pro et
hostiam famulatu tuorum
et. quibus vult tuam
ostenditibus i phorazuris
ut de quoz proculo vult
mus de eoz salute lictum?

D *Coni* *Intelligit* *denotare* *mei*

D *Coni* *Intelligit* *denotare* *mei*

his hanc suscipere pro
vult auxiliu tunc implorari
vult famulatu que tibi
vult tua vult tunc ad omnes

Actus *Jacobus* **1. 17.**

Tristitia *aliqua*

Wf
536

III, 97.

Handwritten text in Gothic script, partially obscured by a tear in the paper.

Handwritten text in Gothic script, partially obscured by a tear in the paper.

207

III, 97.



DE NVPTIIS

ILLVSTRISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI, DOMI-
NI FRIEDERICI VVILHELMI, DVCIS
Saxoniae, Landgrauj Thuringiae, Marggrauj Mis-
niae: Et illustrissimae Domine SOPHIAE, Sponsae,
filiae illustrissimi Principis ac Domini, D. CHRIS-
TOPHORI, piae ac laudatae memoriae,
Ducis VVirtembergensis & Teccen-
sis, Comit'is Montis Pellicardi,

ECLOGA,

Continens festiuam narrationē totius pompae nu-
ptialis, Primò in DEI laudem & gratiarum actionem,
Deinde in Sponsi & Sponsae honorem & gratu-
lationem, Et in pia posteritatis gratam
memoriam, conscripta à

IOHANNE DITMARO VVITEB:
Anno Domini M. D. LXXXIII.



IENAE
Typis Donati Richtzenhan

*Nota
In Proximo gallica India
deputate etc. etc. etc.
nunciat etc. etc. etc.
etc. etc. etc. etc. etc.*

BIBLIOTHECA
PONTICKAVIANA



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO D. FRIEDERICO VVILHELMO,
Duci Saxoniae, Landgrauio Thuringiae, &
Marchioni Misniae &c. Domino
suo clementissimo.

Gratiam & pacem à DEO per CHRIS-
TVM precatur.

COgitanti mihi de vicissitudine rerum humanarum, in mentem venire solet eius dicti, quod est ad Rom: 12: κλαίειν μετὰ κλαίωντων, καὶ χαίρειν, μετὰ χαυρόνων &c. Cum enim propter peccatum generis humani, in hac ærumnosa & euanescente vita, omnia sint fugacia & incerta, fluctuq; magis mobilia, ideo Apostolus hoc dicto admonere vult pios, tanquam ξένος καὶ παρεπίδημος, ne omnem spem & fiduciam suam in hanc miseram vitam collocent, sed potius in illam æternam, quæ sola vita est nominanda, interim tamen discant, ad casus quoslibet huius mundi sese rectè accommodare, ne nimirum in aduersis, nimis lugendo, omnino animum despondeant, & omnem in DEUM fidem & spem abijciant, aut in secundis, nimium lætando, elati, superbi & securi fiant, quod vtrunq; DEO displicet, & nobis est exitiosum, sed potius ita moderentur cursum rerum humanarum, ut tam bona, quam mala, ubiq; locorum & temporum, iuxta voluntatem DEI, eleganter, & sine deformitate ferre possint.

Quàm autem difficile sit hunc cursum ita tenere, ut medium attingamus, & ne aut in sinistram, aut dex-

A 2

tram

fram deflectamus, cum alia multa, tam vetera, quam recentia exempla testantur, tum pijs, propter imbecillitatem ingentem humanæ naturæ, in se ipsis quotidie etiam experiuntur, adeo ut pauci reperiantur, qui hanc moderationem animi foeliciter præstare possint. Quod cum ita sit, eò ardentius à DEO quotidie precemur, ut ipse propter Filiū, non solum hanc nostram mollitiem & imbecillitatem nobis clementer remittat & condonet, sed etiam Spiritu Sancto suo, nos ita regat, ducat, & confirmet in tota vita nostra, ne succumbamus in ærumnis, aut in secundis contra ipsum nos efferamus, & in securitatem incidamus &c.

Sed ut ad id, Illustrissime Princeps, quod mihi nunc propositum est, sine longis ambagibus veniam, constat omnibus, in quo luctu, fletu & mœrore hæctenus fuimus in hisce regionibus, propter varios fluctus tempestatum, quibus & superiores & inferiores, publicè & priuatim, iactati fuerunt, quos tamen DEVS precibus piorum, propter Filium suum, mediatorem nostrum Iesum Christum, clementer mitigavit, ita quidem, ut interim tamen puritas doctrinæ de DEO in Ecclesijs & scholis, & pax in Repub:, diuinitus conseruata sit.

Quæ duo bona, ut sanè sunt maxima, ita etiam non solum DEO gratiæ pro ijs agenda sunt maximæ, sed etiam post DEVM, illustris: Principi Electori Saxonix Augusto &c. Domino nostro clementis:, sub cuius salutari tutela, & foelici gubernatione, ea bona, de quibus dixi, nobis contigerunt, & orandus DEVS, ut ipsius Celsitudinem nobis omnibus diutius incoluamem & saluam etiam posthac clementer conseruet,
Amen, Accedit

Accedit ad priora bona, nunc etiam hoc non exi-
guum, quod ut itidem agnoscendū, ita quoq̃ soli DEO
acceptum est ferendum: diuina conseruatio nimirū
bonæ valetudinis in Celsit: Tua, Matre, fratre et sorore,
carissimis, Dominis & Dominabus nostris omnibus
clementiss:, cui tanquā *ἐπιστέμμα*, vel corollarium,
non contemnendum adiungitur, foelix educatio & in-
stitutio, in primis Celsit: Tuæ, Quæ ut in matura ætate
& iudicio nunc castitatem intelligit, ita etiam castum
matrimonium, cum illustrissima Principe ac Domina,
D. Sophia &c. Sponsa sua cariss:, contrahere voluit.

Cū igitur Celsitudinis Tuæ nuptiæ, publico ap-
plausu, gaudio & læticia, ab omnibus pijs subditis, vt
par est, iam excipiantur, volui ego etiam, pro tenui me
poëseos vena, hanc qualemq̃ congratulationē ad-
dere, in qua non solum pompam vestram nuptialem
ordine descripsi, sed etiam præcipuas laudes vtriusq̃,
inclytæ & illustris stirpis & familiæ vestræ, Saxonicae
& V Virtembergensis, breuiter complexus sum.

Quare à Celsitudine Tua vera animi reuerentia &
subiectione peto, vt hoc meum qualemq̃ studium, sibi
clementer probari velit. Aeterno Patri Domini nos-
tri IESV CHRISTI, Celsit: Tuam cū sua Sponsa
cariss:, in ipsius clementem tutelam, quotidianis preci-
bus meis fideliter commendo. Data sub finem men-
sis Maij. Anno salutis 1583.

Celsit: Tuæ

Subiectiss:

Iohannes Distmarus, pastor
in Guttenshausen.

E C L O G A.

Limina per fratrum cum Sol vix prima duorum
 Aureus aurato curru, spirantibus ignem
 Aethereum veheretur equis, & crine fugaret

Sidera flagranti toto fulgentia caelo:
 Forte sub Aetherei montis conualle niuosi
 Conuenere duo pastores, Faustus, & alter
 Foelix, ambo pares aetatibus, ambo periti
 Dulce melos calamis habili sufflare labello,
 Et cantus lepidos tenues iactare per auras.

Alter oues viridi pascebat gramine molles,
 Alter Thyrigetum celebri citus vrbe redibat,

*Anno Chri-
 sti 975.*

Vide chron:

*Thur: Ri-
 wandri,*

fol: 134.

Faust:

Venditione datum est cui nomen ab vbere vini,
 Mansio quae Ottonis fuit olim grata secundi,
 Prospera cum gereret contra hostes bella Bohemos.
 Quem prior ut vidit sibi ouantem occurrere Faustus,
 Mollibus his verbis iuuenem compellat amicum:

O mihi praecipuos inter numerande sodales,
 O mihi maiori quam fratris foedere iuncte,
 Quo properas aut vnde venis carissime Foelix?
 Porrige quaeso manum, dextras iungemus vterque,
 Ecce, velim credas, nimio mihi pectus amore
 Exiit, postquam tua contigit ora videre,
 Gaudeo quod liceat gratas miscere loquelas.
 Quarta dies hodie vix est, cum mentio de te
 Facta fuit, nostrosque meo sermone referrem
 Cum lusus hilari pueriles, inter amicos
 Compotor, patulis tiliæ sub frondibus altae,
 Agmine pastorum lætas ducente choreas.

Fauste

Fauste caput carum, dulcis mihi Fauste sodalis, **Fœli**
O puer à puero paruo mihi cognite parue,
Quem memini mecum solitum lusisse lapillis
Par impar nitidis, Ilmi sub littore nostri,
Et leuibus sculptos corylis equitasse caballos,
Deuia murmur vbi blandum per Saxa mouetur,
Quò mihi sæpe fuit potatum ductus aquosus
Aedibus ex nostris, pullis comitantibus, anser.
Effluxit nobis hoc, quàm citò, tempus amœnum,
Simplíce prorsus vbi securi pectore curis
Duximus ætatis teneræ bona tempora nostræ.
Nunc vero, postquàm ad iustos peruenimus annos,
Viuimus assiduo in sudore, labore, dolore,
Omniaq; ærumnis, sunt omnia plena querelis.
Lætor adhuc saluum lumen vitale videre,
Firma tibi ducant posthac quoq; stamina Parcæ,
Quandoquidem veteris te mentio tangit amici.

Sed quò vis, aut vnde venis, dic quæso, quid illo **Fauste**
Rure facis? vastum cum vix ascenderit orbem
Cynthius indomiti rutilans de gurgite ponti,
Hac ego te credo, ni fallor, ab vrbe redire?
Indicio est humeris, quam portas, alta bipennis,
Et crepidæ torto pulcræ cum fune ligatæ.
Obsecro quid tantus voluit sibi clangor in vrbe,
Iam sexta toties reperitus luce tubarum?
Quid voluere faces tenues sub nocte per auras
Cæca iactatæ strepitum crepitumq; mouentes?
Quid noua vult facies gypsatæ turris in arce?
Nam prius hoc oculis non est mihi visa nitore,
Cur hic excursus populi? si cognita fama

Hæc sunt fortè tibi, paucis exponito verbis,
Præter enim morem fieri mihi cuncta videntur.
Solutus ad hos montes habitas, ô Fauste, colonus,

Fœl:

Gaudia cui thalami sunt hæc ignota iugalis?
Fama diu gaudens ad eõas pertulit vrbes,
Nunc & ad occasum serum data verba resultant,
Mirari satis haud potero non cognita vestris?

Friedericus
Wilhel-
mus dux Sa-
xonie, Spon-
sus.

Inclytus illustri Princeps de stemmate noster
Saxonie maior natus, qui nomen adeptus,
Christiadum sacro quondam baptisate lotus,
Nobile, conueniens caris Patruoq; Patriq;
Nempe sit vt firmus tranquillæ PACIS amator,
Et tamen armatus GALEA sub tempore belli,
Vtilitas patriæ si poscat publica caræ:

Is nunc in vegeto vernantis flore iuuentæ
Publica coniugij celebrauit fœdera sacri.
Cumq; frequentarint proceres hæc gaudia multi,
In sua nunc iterum proficiscitur oppida quisq;
Hæc causa ornatus, strepitus, plaususq; tumultus.

Faust:

Per Faunos, Satyros iuro, Dryadesq; Napæas,
Sint licet hæc nostris fortassis gaudia nota,
Non tamen ipse scio, pecoris nam pastor agrestis
Qui Phœbi validos flagrantis sustinet æstus,
Et vigilans noctu solus custodit ouile,
Tâm citò qui potuit noua talia noscere fama?
Sed tu, ni fallor, spectasti gaudia Fœlix?

Fœl:

Vltima cum primis, quæ sunt spectacula, vidi,
Edita, nec vellem me non vidisse, fuissent
Argentî nitidi quamuis data pondera centum.
Si modò vidisses ingressum ô Fauste superbum,
Vr pote

Vtpote cū victor per mœnia celsa triumphans,
Sponsus delectis Heroibus vndiq; cinctus,
Cum Sponfa nitidam cara conscenderit arcem.

Eia age cū fueris præsens spectator in vrbe,
Te rogo digneris veteri memorare sodali
De pompis aliquid, neq; non splendore superbo,
Magnificè credo nam cuncta fuisse peracta.

Faust

Sed dum miscuimus sermones, altius ardens
Cynthius ignifero conscendit ad æthera curru,
Et grauius radijs iam nos flagrantibus vrit:
Si libet, has igitur salices subeamus opacas,
Quas positas cernis latebrosi littus ad Ilmi,
Illic in tenerum sternentes corpora gramen,
Et tecti folijs gratam captabimus vmbra.

Nos vbi magna simul variorum copia florum
Suauiter ambrosio recreabit odore, colore.
Præterea nobis Philomelæ audire licebit
Atq; aliarum auium modulamina qualia dulci
Concentu in syluis tacitis resonantia cantent.
Sic quoq; lanigeras potero obseruare bidentes,
Mollia dum carpunt flores per prata virentes,
Incautæ alterius ne irrumpant pascua forsan.

Illuc interea dum lentis passibus imus,
Primum fare quibus sit Sponfa Parentibus orta,
Nunquid & egregiæ dono sit prædita formæ,
Sic tibi pro crepidis emptis Galathæa puella
Oscula virgineis figet flagrantia labris.

Sponfa est VVirtbergis generosa Parentib: orta, Fœl:
Vt mihi Musarum Battus memorauit alumnus,
Cuncta ferè cui sunt Heroum stemmata nota.

B

Nomina

Fauft:

Nomina VVirtbergum sunt totum clara per ora

Et bellis celebris gens, & victricibus armis, (beni,

Vide Sleid: Nescio quos referunt magnos pepulisse tyrannos

lib: 9. fol: Marte pijs Patriæ foelici ex sedibus olim,

134.

Cantat vt in nostris Pastorum turba tabernis.

Foel:

CHRISTOPHORUS clara hac generosus stirpe creatus,

Christopho- Est Genitor Sponsæ, quam noster duxit Iolas.

rus Dux

Viuida cui faciles traherent cum stammina Parca,

Uirtem-

Dux fuit vsq; grauis, sapiens, facundus & acer,

bergensis,

Castalij fontis cultor, Pietatis alumnus

Pater

Saluificæ insignis, constans, & ad integra casus

Sponsæ.

Mens omnes, rectiq; tenax, & Iuris amatrix,

Sanctaq; tranquillæ Populis dedit oia pacis,

Ingenio nulli, nulli virtute secundus.

Ludouicus

Exprimit hunc studio LVDOVICUS filius æquo,

Dux Uir

Dux præstans, vegeto vernantis flore iuuentæ

tembergens-

Præ se dona ferens generosæ illustra mentis

sis, frater

Plurima, solamen Patriæ, & spes vnica, caræ,

Sponsæ.

Cuius ab ore nitet Pietas gratissima CHRISTO,

Huius & æternæ promittens præmia vitæ.

In vultu probitas, generoso in pectore candor,

In gestu grauitas, facie micat omnis honestas.

Artibus ingenium varijs formauit amœnum,

Fautor doctorum insignis, quia doctus & ipse,

Et linguæ varijs peregrinæ dotibus auctus.

Virtutesq; fouet foecundo in pectore quales:

Tales publicitus quoq; magna laude reuelat.

Dum sibi subiectis sapienter amore paterno

Prospicit, vt puro doceantur dogmate CHRISTI,

Vndiq; dum Musis piscosi ad littora Nicri

Hospite

Hospitium gratum spontali pectore præbet,
Astræamq; colens mandatis temperat æquis.
Et quia vana solet sine viribus ira vocari,
Vincla, probante DEO, iussis quoq; iungit honestis,
Ut placidam possint ciues traducere vitam.
Cuius agros Nicrus medios prædiues oberrat
Per gelidas valles, per pascua prona susurrans,
Et iuga pampineis sunt omnia vitibus apta,
Quæ dant vina mero non inferiora Falerno. (vocatur,

Nomine, sed Mater Sponsæ, ANNA MARIA
Fœmina sancta, sagax, sapiens, cordata, pudica,
Cuius erat Genitor de illustri stemmate natus,
Marchio, habens BRENNI cognomen ab vrbe, GE
Gaudeo, si talis nostro contingit Iolæ (ORGVS.
Coniunx, dignus enim tali quoq; coniuge Sponsus,
Non minus illustri qui nobilitate suorum
Maiorum prisca virtutis nomine claret.

ACvt præteream veteres, breuitatis amore,
Tempore quis nostro sanctæ Pietatis amator,
Patre fuit maior Sponsi? quis dogmata CHRISTI,
Quis Musas studio maiori iuuit amœnas?
Consilio sapiens, in facto promptus & acer,
Fortis in aduersis, moderata mente secundis,
Plenus in eloquio magna grauitate diserto.
Gallia quem socijs diues bis vidit in armis,
Admirans alacrem ductorem Martis equestris,
Vnde sibi laudes, nec non res repperit amplas:
Iusticiæ studuit, sanctæ ocia pacis amauit,
Pignoribus blandus Genitor, concorseq; Maritus,
Dux fidus, Patriæq; Pater, dignissimus omni

B 2

Laude

*Mater
Sponsæ*

Faust:

*Johannes
Wilhel-
mus Dux
Saxonia, pa-
ter Sponsi.*

Dorothea
Susanna,
vidua Jo-
hannis
Uilhelms
Ducis Sax:
mater
Sponsi.

Laude, sed hūc mea lingua nequit canere ordine iusto.

Quid memorem Matris Sponsi præconia claræ,
Stirpe Palatini de illustri sanguinis ortæ?
Rhene vbi nauigijs rapidis tua flumina spumant.
Principe quæ Princeps postquam viduata Marito,
Iuxta consilium summi immutabile PATRIS,
Hactenus haud aliter transegit tempora vitæ,
Quam caret vt lugens dilecto compare turtur.
Nam velut adsiduo hic vacuum gemitu aëra complet,
Perstat & in viduo solus dormire cubili:
Sic dedit adsidui certissima signa doloris
Hæc quoq;, iura thori primi seruando pudica,
Conuenit utq; piæ viduæ, sua spesq; fidesq;,
Firmiter vsq; fuit diuino nixa fauore.
Vnde nec à templis vnquam deuota recedit
Sollicitare DEVM precibus, votisq; serenis.
Cui pietas cordi, cui vera modestia curæ,
Erga magnanimum reuerentia summa Maritum,
Qui cor, thesaurus, requies, spes, vita, corona
Illius vsq; fuit, dum præstans viueret Heros.
In cunctos animus miserator semper egenos,
Et benè de miseris studium immortale merendi.
Mens inimica malis, at amans pietatis amantes,
Luxuriam fugiens, cultus exosa superbos,
Vnica cui placuisse DEO cura, vna voluptas,
Cuius & auxilio contra ludibria mundi
Vsq; huc tuta fuit, posthac quoq; tuta manebit.
Sic cruce vera fides, sic aurum noscitur igne,
Sic nisi pressa malis victrix fit lucida virtus,
Sic inuicta supra quoq; pondera palma virescit.

Officij

Officijꝫ memor non cessat sedula Mater,
Incljta nobilium Gnatorum corda suorum
Ad iuga virtutis generosæ celsa monere,
Instillarqꝫ animis teneris pietatis amorem,
Sancta DEI vt discant cognoscere dogmata summi,
Nec malè prudentem spes Matrem prouida fallit,
Parendo facilis dum de se quilibet offert
Indolis eximiæ & generosæ signa probata.

Hinc quoqꝫ Salanæ Sponsus pars maxima doctæ
Factus vbi, placuit mox Musas inter honestas
Per iuga celsa choros Parnasi ducere doctos,
Pectus & Aonio generosum fonte lauare.
Vnde salutari mens cognitione Tonantis
Imbuitur veri, veræ quæ causa salutis.
Vnde magis mollis venit efformatio morum,
Vnde vigor mentis fit purior, vnde facultas
Iudicij maior solidi de rebus agendis,
Gratior eloquij splendor doctiqꝫ renidet.

Hactenus eximia celebrati laude Parentes,
Digni quos Sponsus sibi quos proponere Sponsa
Assidue ante oculos in vita debeat omni,
Exemplum fidei, pietatis, amoris & æqui:
Nunc quoqꝫ sed Sponsæ paucis describito formam.

QV Ali fraga leui sunt mollia tincta rubore,
Et quali cerasum Phœbeo lumine coctum:
Tali tincta genas etiam mihi Sponsa serenas
Visa rubore fuit, facies niue pulcrior alba.

Si spectes mores castos, est casta Susanna,
Si mentem gnaram, gnaræ certabit Abigal,
Si formam, forma poterit superare Rebeccam.

B iij

Ore

*Forma &
virtutes
Sponsæ.
Fœl:*

Ore venustatem, generosa fronte pudorem,
Composito ingenium vultu referebat honestum,
Et quod erat primum, Pietas in pectore casto,
Ipsius ex gestu placido veneranda nitebat.

Quid memorem cultus? quid fulua monilia collo?
Quid digitis teneris gemmas? viridesq; smaragdos?
Sponsa quibus cunctis erat exornata decorè,
Turbaq; Nympharum Sponsam Comitata venustam,
Sed tamen in tota Nympharum Sponsa, caterua,
Eminuit, nostræ huius ouis quoq; vellere Fauste
Candidior, roseo suffundens ora rubore,
Quale est puniceo niueum lac Sanguine mixtum,
Et quia sæpe suis respondent nomina rebus,
Pectore de gnaro sapiens sibi nomen adepta
Est SOPHIA, in sacro quondam Baptismate Iota,

Faust:

Forma decus magnum, forma preciosior omni
At virtus, quæ grata bonis, quæ grata Tonanti:
Sed quoniam hic virtus formæ est coniuncta venustæ,
Plus etiam laudis virtuti iuncta meretur.

Fœl:

Sponsus ob-
uiam pro-
greditur
Sponse s.
Maq.

Nunc quoq; magnificam tædarum percipe pompã:
Cum vellet portas noua Sponsa subire patentes
Vrbis, nobilium magno stipata virorum
Agmine, Sponsus ei cœtu comitatus equestri,
Et textam fuluo vestem circumdatus auro,
Obuius exibat, gaudens læti omine plausus,
Splendentemq; gerens gemmis, auroq; coronam.

Ore notans magnum virtutis pondus auitæ,
Cui pietas, probitas, grauitas, cui candor, honestas,
Ingenuo ex vultu, nec non decus omne, relucet,
Spadicemq; super, iactantis crura Caballi,

Oreq;

Oreque mordentis fuluum spumante lupatum,
Immotus residens fræno vaga colla retorquet.
Non secus ac domitor quondam Mesapus equorum,
Sæpius acer equum tortos flectebat in orbis,
Sæpius atque solo viridi insultare sinebat,
Lasciuæ in prato ludentis more capellæ.

CVI Comites aderant, à dextra parte IOHANNES *Comites*
ERNESTVS Patruelis, læua parte IOHANNES *Sponsus*
Frater, vterque ferens etiam iuuenilibus annis
Nunc spem non minimam præ se virtutis auitæ,
Ambo Duces, & Saxonico de stemmate nati.
Inclytus illustri de BARBIDE gente creatus,
Ipse etiam illustris virtute, & rebus in armis
Gestis, BURCKHARDUS Comes adiungebat ouantem
Huic quoque se turbæ, AVGVSTI de nomine magni
SAXONIÆ Ensiferi, imperium cum laude gerentis.

A latere illorum custodes arma gerentes
Ibant, vestiti croceis & vestibus atris.
Sic vehebantur equis multi Comitesque Barones,
Et reliqui Proceres, fugiunt me nomina quorum,
Ornati ex auro multis, pro more, catenis.

Vndique visendi studio Thuringica pubes
Concurrentes, magna compleuerat arua cohorte,
Et fata vix culmis putres superantia sulcos
Hæc miserè pedibus nocuis calcare solebat.
Non secus ac nigrae formicæ tempore messis
Cum currunt agris, & dulcia grana reponunt.
Iamque propinquabat Sponso, noua Sponsa, sereno,
Virginibus comitata, virisque micantibus auro;

B iij

Sed

Sed postquam signum tubicen dedit ære canoro,
In latus ærato pungens mox calce caballum,
Accessit Sponsæ carpentum solus, & illam
Suauiter excepit gratans sermone modesto.
Interea gestu sed cætera turba decenti
Sponsi, circumiuit Sponsam, cunctosq; vocatos
Conuiuas, gratans illis, sunt inde reuersi
Omnes auditum, quam verba, frequente corona,
Dulcia VVILHELMVS Landgravius, ore disertio,
HESSORVM fundat, præsentis nomine Sponsi,
Ipsius at frater LVDOVICVS nomine Sponsæ,
Responsum dabat, attentis quibus agmen equestre
Auribus astabat, mirabaturq; disertos
Sermones vtriusq; Ducis, ceu fulmina iacta.
Quos tamen haud poteram penitus cognoscere rectè,
Quòd procul ipse illis, pauloq; remotior essem.

Prætereà mihi laudari hos audire licebat
Pluribus ex vulgo fratres, quòd sidera norint
Omnia, quòd Cœliq; vias, Lunæq; labores,
Defectus Solis varios, quæq; omnia magna
Machina totius vasti complectitur orbis,
Doctrina nullis, nullis virtute secundi,
Et patris exemplo veræ pietatis amantes.

His actis, clamorq; virum, clangorq; tubarum,
Et generosorum resonans hinnitus equorum,
Et fragor & strepitus rauco cum murmure bombus
Exortus fuit, haud aliter, quàm si æthera nigræ
Cinxerunt nitidum nubes, & fulmina torquent.

COLlato, hinc igitur mixta, sermone, salute,
Atq; datis dextris celsa vrbs moenia tendunt,
Ordine

*Ingressus
Sponsæ in
urbem.*

Ordine seruato ritè hoc, quem dico, sequente :

Quingentorum equitum turmam præcedere vidi,
Intererant Proceres, Comites, quibus, atq; Barones.
Post hos quinq; Ducum sunt membra deinde secuta,
Tres capiente Duces modò membro quolibet vno,
Excepto membro, mox in numerando, secundo,
Inuenti duo sunt tantum, ceu postea dicam.

Ianus Saxoniae ERNESTVS Dux ordine primus,
Landgravius medio incessit MAVRITIVS Hefsùm,
Hoc membrum Duce Saxoniae claudente IOHANne.

Hinc geminos fratres incessit proximus ordo
ASCANIA de stirpe sator : equus orbibus vnum
CHRISTANnum ostentat breuibus : iuxtaq; subibat
Frater IOHANNES GORGusq;, binominis heros,
Cernere Tyndaridas poteras hinc nocte micantes.

Inde Palatinus comes ad Rhenum FRIEDERICus
Tertio in articulo, DVPLICI DE PONTE, secutus.
Princeps ASCANIus medius senior IOACHIMVS
ERNESTVS vehebatur equo, cum IANNE GEorgo
LIGNItio Duce, quo clausum fuit hoc quoq; membrum.

In quarto LVDOuicus erat Landgravius Hefsùm,
Frater at illius medium VVILHELMVS obibat,
GORGIVS ERNEstus, princeps, Comes à Gallinae
MONTE gerens nomen, cupiebat claudere quartum,
Nestora cum cana referens grauitate secundum.

Postremo in membro dextrum latus ipse tenebat
BVRCKHARDus comes à Barby, præclara tuens tunc
Personæ loca (legati pro munere fidi)

AVGVSTI Ensisferi, moderantis Saxonis oram,
Sponsus erat medius, claudebat laude sed agmen

C

Hoc

Hoc LVdouicus Dux VVirtembergensis honestum.

Ponè sequebatur deauratis Sponsa quadrigis.

In quibus effigies erat efformata leonum,

VVirtembergensis quæ sunt insignia stirpis.

Quæq; vehiebantur passim carpenta per urbem,

Omnia læticia resonabant, omnia plausu.

Prospiciens quibus e tectis plebs atq; fenestris,

Deflexis genibus fœlices voce iugales

Optabat tacita thalamos, & tempora longa,

Attonitisq; inhians animis laudabat honestos

Vultus, & mores ampla grauitate refertos.

Præcedens Sponsum plenis modulamina buccis

Ingeminat tubicen, & tympana verberare pulsat,

Tympana quæ strepero bellis feriuntur ahenis.

Quid memorem phaleras, galeas, cristasq; comana

Quid contos, gladios, argento auroq; micantes, (tes,

Atq; alios cultus? quos vilo tempore vidi

Splendidius nunquam, nec posthac fortè videbo.

Hos, vt dixi, omnes est maxima turma secuta,

Mille equites a deo vt tunc conspicerentur in vrbe.

Interea Sponsus, numerosa cinctus ouantum

Heroum turma, quæ gaudia fouerit alto

Pectore clam secum, & quos tunc spirârît amores,

Dicere nemo potest, magnum si præstet Homerum.

Tantus amor latet in Sponsam sub pectore casto,

Tâm sôpyi dulces diuina exuscitat ignes.

Comparatio **C**onjugio siquidem DEus hunc in seuit amorem,

amoris con- **V**iuum sit nobis arcani exemplar amoris,

ugalit cum **Q**uo λόγος æternus Genitor complectitur intus.

Diuino. &c **E**t λόγος æternus Patrem pietate vicissim.

Ees

Et simul inter eos flagranti quomodo amore,
Flamen, ab æterno, æternum, procedit utroq̃.
Ac qualem rursus Gnatus perlentit amorem
Flagrantem, in carã, quæ est sancta Ecclesia, Sponsam,
Cui dare promisit spontali pectore *ωνεύμα,*
Rursus eam ad similem quò postea formet amorem.
Numini in æternum pro quo sit gloria Trino.

Tandem turrigeram Sponsus peruenit ad arcem,
Mox descendit equo, sponsamq̃ excepit & omnes
Heroas, Proceres, Comites, Nymphasq̃ vocatas,
Tunc duce sermonis LVCA existente disertis,
THANGELICA de gente satus, virtuteq̃ clarus,
Nomine SVSANNAE Matris præsentis, & Aulæ
Primorum, nec non Regionis totius huius.
Conuiuæ hinc omnes sunt in conclauia ducti,
Velata egregijs ex omni parte tapetis.

Post ubi Phœbus equos pronus properabat anhe- *Copula-*
Et currum vasto rapidum submergere ponto, (los, *tio & c.*
Intrat cum Sponsa Sponsus regale cubile,

Atq̃ manum manui iungit de more Sacerdos,
GREGORIVS Strignitz illustri in Principis aula
Pectore pura docens vigili tunc dogmata CHRISTI.
Id postquam vidi, tacite hæc sum verba precatus:
Iungite vos dextras, DEVS ô tu iungito mentes,
Dextras à gemmis, mentes sed amore micantes.

Auspice ubi CHRISTO sunt connubialia iura
Firmata, ascendunt ad pulcra palatia rursus,
Lætãq̃ traxere in multam conuiuia noctem,
Post epulas duxere choros ex ordine lætos.

C ij

Cum

*Sacrum
nuptiale.*

Cum vero Sol rursus equis lustrauerat orbem,
Ad templū rediere omnes sacra dogmata Christi
Auditum, quæ coniugij præconia tradunt.
Primus erat Sponsi ductor LANDgravius HESSŭm,
Contigit à MVLTÀ proprium cui CASSide nomen.
Dux LVDOVICVS erat VVirtembergensis at alter,
Inclytus à dextra Sponsæ COMES ibat ouanti
VVOLFgangus, LAPIDE aut de SAXO clara LE,
Nomina habens, fidi legati munere fungens, (Onis
Sceptra PALATINI Comitum cum laude gerentis
Ad Rhenum, Imperij qui nunc Dapiferq; vocatur.
Cuius erat collega COMES de BARBide gente
BVRCKhardus fatus, ELECTORIS nomine, cuius
Saxonica imperio tellus, & Misnica paret.
Præcessere viri quos claro stemmate nati,
Portantes tædas, accensas igne, iugales,
Et pia fuderunt ad summum vota Tonantem,
Sancto vt coniugium fortunet Numine cœptum.

*Concio
nuptialis.*

Postremo ex capite est libri Ruth concio sumpta,
Sicut enim ciues tunc cum Primoribus vrbis
Bethlehemiticae, Sponsoq; Boæ, atq; suæ Ruth
Omne foelici quatuor sunt fausta precati:
1. Foecundam faciat DEVS ut Moabitida Ruth hanc,
Ceui Lea cum Rahela numerosa prole parentem
Diuino Isacidem fecerunt munere quondam,
2. Aspiretq; pijs cœptis foelicia quæq;
Crescat vt Ephratica in terra, incrementaq; sumat
Quotidie in cuius rebusq; domiq; forisq;
3. Vt semper Pietas, virtus, celebretur eorum
A cunctis quot sunt in Bethlem ciuibus vrbe,

Vtq;

Vtq̄ domus demum illius benedicta vigescat,
Ceu domus antiqui Perez, quem Thamare Iudas
Progenerat, CHRIS TI vnde etiam demanat origo :
Sic DEVS est etiam nunc supplice voce rogandus,
Hisce nouis pro coniugibus, quò fautor adesse
Illis vsq̄ velit totius tempore vitæ,
Fortunando bonis semper tam corporis illos,
Successu p̄ bono & foelici in rebus agendis, (te.
Quam quoq̄ laudis honore, æterna animæq̄ salu.

4.

E Gressis templo Sponso, cunctisq̄ vocatis,
Pocula vasta graui post pondera plurima multos
Ferre loco doni Sponso tota aurea vidi,
Pulcrius artificum varijs cælata figuris,
Quàm fuit ille scyphus diuinum opus Alcimedontis,
Et torques longos auro gemmisq̄ micantes.

Oblatio
munerum
et c.

His actis repetunt conclauia læta vicissim,
Et molli mensis discumbunt sindone stratis.
Dant famuli manibus lymphas ex ordine puras,
Inde dapes lautas, & regia fercula mensis,
Atq̄ graues auro phialas, vinoq̄ reponunt
Cretensi, quo non fertur præstantius esse.
Non olus, aut rapum, non lardum, aut allia, nullum
Porrum illic, gelidum non lac apponere vidi,
Quæ dare conuiuis nos rustica turba solemus,
Conditam vario variam sed aromate carnem,
Quæ nostris nunquam credo est gustata palatis.
Hinc ad ducendas omnes rediere choreas,
Totius hic pompæ est, sacra post hymenæia, finis.

C 3

Perge.



Faustus. **P**erge iocos reliquis quos exhibuere diebus
Præterea memorare mihi, precor, optime Fœlix.

Fœlix. **L**ingua licet nimio sermone sit arida facia,

Certatio e- **N**ec mihi nota phrasis qua singula voce notentur,

questris de **A**ttamen hæc reliquis de ludis accipe pauca:

annulo &c. **L**uce sequente fames epulis v̄t pulsa recessit,

7. Maij. **I**ohannes Gorgus V̄ Vesorum stemmate natus,

Processio **N**omine virtutis præclaræ clarus in aula

Johannis **S**axonix gladios duplices Ducis vsq; gerentis,

Georgij à **N**obilis auratos equites ducebat in aulae

V̄ Vese, & **P**laniciem, quasi captiuos amboscq; ligatos,

duorum **(V**oce vocant Itali mutila quos Mantenatores,

Manten- **Q**uòd MANicis MANibusq; fero TENE AN TvR ab

torum &c. **Q**uos tamen à vinculis cum libertate remisit, (hoste)

Vt post cum turba hac certarent fortiter omni,

Pluribus v̄t dicam tibi post sermone sequente,

(Quam turbam oppositam corrupta voce vocarunt

Auentorires Itali nunc, Aufonidæq;

Pugnandū **A**Dversus **V**ENianT quòd Mātenatores)

Alter erat clara de nobilitate creatus

MILITIūm, & propriū **N**ICLAI nomen habebat.

QVERCVbus à septem cuius domus alia vocatur,

SAXONIS Ensiferi quoq; nunc cum laude minister.

OTTOSatus veteri **S**TARschedlide gente sed alter,

Fidus Saxonicae nunc **C**onsiliarius aulae,

Qui πολύγλωσσος agit, nec non πολύγνωτος amatur.

Illis iuncta fuit longo quoq; magna caterua

Ordine, contextam nigram circumdata vestem

Villosis Serum lanis, auroq; rigentem,

Aethiopum vultus omnis turba illa ferebat,

Gemmatos orbes quorum quidam ore tenebant.

Qua sunt
in hac pa-
gella, ube-
rius in Ger-
manico in-
genies &c

Post illos Sponsus cætu comitatus equestri
ingrediebatur, mixtus quibus omnibus vnus,
Cæruleo, vestitus erat, rubeoq; colore,
Cum, clavis, gladijs, curuo vel acinace, parmis.
Moris Moldauium velut est regione ferorum.

Ac magis vt cunctis turba hæc spectabilis esset,
Spectatum longa promuscide ductus ab illa
Turriger est elephas Syluano cinctus vtrinq;
In cuius turrem se turba receperat ingens,
Pugnandum ex illa veluti munimine firmo.
Pluribus vnde truci complures ore fenestris,
In capite obtecti galea, cidariq; galero,
Instar Turcorum, tunc prospectare solebant.
Plurima præterea, duplici, vexilla, colore
Saxonicae Genti proprio, volitare solebant
Celsa cauae pascim circa pinnacula turris.

Illa cohors verò quam Dux LVDOVICUS habebat
VIRTEMBERGENSIS, forma, taliq; figura
Vestis & armorum cernendam se dabat aulae,
Quali Afer fortis sub Præteiane Monarcha
Militat in Turcos foelici Marte tyrannos.
Is Præteianis, CHRISTI quoq; dogma professus,
Iura quater denis indicit regibus vnus.
His itaq; hospitibus frontem peregrina Tiara,
Et furas manicis fuis stola longa tegebat.
A tergo pharetram, in manibus sed quilibet arcum,
Ad latus enssem vncum, vnâ cum pugione, gerebat.
Hastile ast equites longum, scutumq; rotundum,
Armabat, sed gemmatus simul annulus ore

C. iij. Visus

R.
Processio
Auentori-
rum, ac præ-
mum Spon-
si & c.

II.
Processio
Ludonicæ
Ducis
Virtem-
bergensis & c.

Visus in illorum, Aethiopum de more, teneri,
Albo in vestitu, reliquo sed corpore fulci.

XII.
Processio
Vicedo-
mnorum.

TAndem tres equites veteris sub imagine formæ
Armorum belli, clauam clypeumq; gerentes
Aduenere etiam cum vultu & fronte minaci,
Pingitur vt vulgò indomitus Tirynthius heros,
Quos etiam comitata fuit non parua caterua.

Hos tres, certa fuit, Vicedomnos, fama, fuisse
Eckstadios fratres, est quorum mansio Cannvurf,
Si modò commemini benè, sunt hæc nomina eorum:
GORgius ætate est primus, sed CHRISTIfer alter,
Hunc numerū proprio DAMIANUS nomine claudit,
Stirps vetus, ac qualem vix nunc Thuringia nouit,
Nomine Virtutis nulli, nec Stemmate cedens.

Hoc habitu tunc se spectandum præbuit aulæ
Quælibet Auentorum turba & Mantenatorum,
Quos omnis mirata cohors, mirata iuuentus.
Ipse sed intereà tacita sic voce præcabar: (ris.)

Monstra Deus procul hinc hæc nostris pellito ter-
Turba sed omnis vbi hæc ita descendisset arenam,
MILtitijs cum STARSCHEDLO studuere citato
Concursu trino positum pertingere signum
Ex turba ingenti opposita, cum quolibet, ipsis.

Arcis enim medio stadium solenne paratum:
Annulus obiecta trabe dependebat in auris,
Verum qui poterat cursu illum infigere conto,
Victor obibat ouans, & præmia iusta ferebat,
Est tamen hæc præcij non decertatio facta
Supra florenos centum, decimumq; nec infra.

Post

Post coenam in choreis ductis data munera digno
Pro merito signi contacti cuiq; fuere.

Ductio chorearum & distributio munerum

Ut pote sunt sertum, torques, puro annulus auro,
Et καμήλια plura procul radiantia gemmis.

Singula quæ, veteri LVCAS THangellius ortu
Inclytus, & titulos operosa scientia Iuris,
Cuiq; Ithaci de more dedit facundia regis,
Inductus Sponsi dispendit nomine gratus.

Cuius Collegæ sociiq; fuere fideles:

Alter, qui proprium DAMIANI nomen habebat,

Ortus erat prisce de stemmate gentis honesto,

A curuo qui sortitus cognomen ARATRO,

Magnum iter emensus, vitæ discrimine magno,

Is sacra sacratî vidit monumenta sepulchri.

Semper habens sua Postersteipi habitacula grata:

Inferior nulli, ingenio, virtute, fideq;

Alter erat THEODORicus vicedominus ab Eckstedt,

Nomine Saxonica virtutis notus in aula.

Sæpius utq; suis respondent nomina rebus:

Sic quoq;, præ reliquis victor, NICLAUS honore

MILTITIVS magno tulit optima præmia primùm.

Dona secunda tulit mox, Dux LVDOVICUS, opima,

Applausu & pompa, VVIRTEMbergensis, honesta.

Tertia præsentî data sunt sed munera SPONSO,

Læticia & plausu non inferiore priori.

Quartus honos cessit VVESORum Sanguine creto.

Hesperus ut tandem sero processit olympo,

Inflammatio speculæ

Intonuit triplicis Speculæ inflammatio noctu,

Murmure cū crebro strepitu crepituq; frementis.

E regione triplex nam Pyramis alta locata est

D

Arcis

Arcis, colle super, cuius pinnacula Phœnix,
 Atq; colossus atrox cum coniuge, celsa tenebant.
 Hastis armati, cetris, peltisue rotundis,
 Ut plæruncq; solet pingi Bellona cruenta.
 Hos super in summo Specularum vertice signa,
 Vel vexilla duo, nigro, croceoq; colore,
 Saxonicae Gentis veteris de more recepto,
 Ancipites tanquam vertumni, fixa fuerunt.
 Pyramis hæc quia plena fuit cum sulphure, nitro,
 Sæpe globos torisit multos, atq; ænea tela,
 Vndiq; Vulcano volitante per ardua recti,
 Grandine flammivoma & superas crepitante per auras,
 Sæpe tamen quæ se tortos gyrabat in orbis,
 Prælongo spargens rutilantes tramite flammæ.
 Vnde fragor tenui commotus in aëre magnus,
 Horrendo concussa fuit quoq; terra tremore.

*Allegoriam
 festinã istius
 triplicis Spe
 cula inflam-
 mata repe-
 ries in Ger-
 manico & c.
 Pugna e-
 questris iu-
 xta septum
 mansuer-
 sum stadij
 & c. 8. May*

Non aliter quam si cinxerunt æthera nubes
 Obscuræ nitidum, crebrò & fera fulmina torquent,
 Donec in immundos cineres est tota redacta.
 Prætereo hîc quid significet breuitatis amore,
 Illius, arcani, Speculae inflammatio celsæ.
 Ludi hi sunt Procerum sacra post hymenæia primi,
 Regia sed rursus post prandia, luce sequente,
 Confestim patres, pueri, matresq; puellæ,
 In stadium attentis animis sua lumina mittunt,
 Prælia spectatum ludis commixta iocosis.
 Agmen enim Procerum, medioq; instructus equo-
 rum
 Cursus erat circo, lucens fulgentibus armis,
 Auentorires hodie vocitant Itali quos.
 Stat cataphractus equus frendens pede calcat arenam
 Aerato,

Aerato, insultans & sese iactat in armis.
Inter quos cataphractus eques quoque Sponsus Iolas,
Nunc huc, nunc illuc, spumante sequacia freno
Colla ferocis equi flectens iterumque reflectens,
Velati phaleris, sese ostentabat in armis,
Firmiter & validis dextris hastile tenebat.

Ast ex aduerso, soli duo, fulmina tanquam,
Voce vocant Itali mutila quos Mantenatores.

Mantenatores &c.

Alter MILITIUM, de prisca stirpe creatus,
Alter VVESORVM, spirantes praelia magna,
Ausibus insolitis, galeis, armisque coruscis,
Ingenti turbae Sponsi se opponere tentant.

Vt verò sonuere tubae fera classica pugnae,
In latus aerato compungens calce caballum,
Eruit instructo, ceu fulmen ab aethere iactum,
MILITIUS stadio primum, resonantibus armis,
STARSCHE DUMQUE vocans, forti clamore lacessit,
Hinc aptans dextrae vibratam viribus hastam
Oppositum validis quater vrgens torsit in hostem,
Quae dedit in clypeum strepitus illisa per auras.
In quem concurrit rursus non segnior alter.

Post armis alij mox successere corusci,
Fortunamque parem tentarunt fortibus ausis.
Auentorires, donec duo Mantenatores,
Vicissent reliquos, eum illorum quolibet vno
Congressi quatuor vicibus, certamine magno.

Tandem tota cohors postquam diuisa fuisset
In binas, iuxta stadij proscenia, partes:
Concursum aduersas celeri torquere sarissas
Alter in alterius, magno conamine, corpus,

D 2

Molitus

Molitus fuit, hoc itidem repetendo subinde,
Confractis tenues hastis scindentibus auras,
Defecere viris donec viresq; Caballis.

Ductio chorearum & distributio munerum.

Absumptis epulis rursus duxere choreas,
In quibus, ut supra, quoq; distribuere habebat,
Pro merito pugnae, hac hodierna luce, peractae.

Dona tulit Sponsus praesens amplissima primum.
Cursibus at quatuor primis, quia fregerat hastas
MILTIVS quatuor quoq; sustulit inde secunda.

Tertia STARschedlo merito sunt dona tributa,
Quod tria fregisset contra hostem hastilia cursu.

PVLcro a monte gerens cognomina clara Georgus,
Ipse etiam eximiae virtutis nomine clarus,
Iudicio est Patrum donatus munere quarto.

Cuius apud Patrem VVolfgangum est summa potestas
Nunc in Saxonica, illustris vice Principis, aula.

Rursus adhuc munus speciatim sustulit vnum
MILTIVS, quod complures confregerat hastas
Prae reliquis, in concursuq; fugaq; secunda.

Personata nobis &c.

Post choreas vero rursus sunt ludicra facta,
Quae mihi sunt etiam, ceu caetera, digna relatu.

Sicut enim quondam cytharocedus dicitur Orpheus,
Atq; poeta vetus, docti dulcedine cantus,

Commouisse, sui, sylvas, & Saxa, ferasq;
Sponte sequi se, sermonesq; audire disertos:

Sic quoq; laetitia, sunt bruta animalia, magna,
Et gens hoc peregrina solo, atq; erratica turba

Vana, DEVM specie vanae pietatis, honorans,
Mota pijs tædis his se ad sociare libenter,

Quae tanta pompa, tanto celebrantur honore.

Nam.

Nam laruata cohors, varias induta figuras,
Horrendis vanos monstris mentita timores,
Magnificæ Sponsi læti sese intulit aulæ,
Et gestus incompósitos dedit, atq; boatus
Terribili specie, fera ceu discurret in alto
Saltu, qui steterat multis inciduus annis.
Singula iurasses animalia vera fuisse.

Vt verò sensere suum numerum inter adesse
Præsentē quoq; tunc, veluti verum Orphea, Sponsum:
Natura abiecta mox effreniq; feraq;
Et velut edomita, atq; vltro seruire parata,
Commendata sibi subierunt munera quæq;

Lampada nam quædam Sponso præferre iuuabat,
Quædam dulce melos calamis sufflare sonoris,
Argutas habili quædam cum pollice chordas
Pulsabant fidibus, cytharisq; lyriscq; canoris,
Cætera ludebant alijs formiscq; modiscq;
Ac si tale etiam tentassent antea quiddam,
Morigera in nutus præsentis ad omnia Sponsi,
Ipsemet ac Orpheus coram cytharædus adesser.

Sylvanus reliquos præcedens horridus omnes,
In lata hanc totam duxit cœnacula turbam,
Ordine posthunc sunt animalia bina secuta:

Cum veloce Lupus sociat se Tigride sæuus,
Simia cum timido Lepore, vt comes, ibat inepta.
Iungere se Damæ pauidæ Vulpecula fallax
In pompa augusta hac, sic sorte cadente, volebat.
Noctiuagus sequitur ferali carmine Bubo
Hirco se gaudens tunc consociare petulco.
Tristis Eremitæ comes est Leo visus adesse,

*Ordo præ-
cessus perso-
nata cohortis.*

D iij

Illius.



Illius arcta ferens mansueto pectore vincla.
 Murmura crebra frementem ingenti setigerum Vrsum
 Corpore, iuxta se Peregrinus habebat euntem.
 Frater Iacobi quidam, obsitus vndiq; conchis,
 Tandem emensus iter longum per saxa, per æquor,
 Tunc Unicornem, medium quoq; duxit in orbem
 Secum, deliciae qui Spectatoribus esset,
 Qualis vel nulli, vel paucis, antea visus.
 Foemina masc; simul, sexta vice mixta subinde
 Hisce, habitu tali vestis quoq; visa fuerunt,
 Quali se forma augusta vestire solebant
 Antiqui Reges, antiquis moribus, olim.
 Clausit ad extremum laruatam hanc deniq; turbam,
 Eximia Monachus magnum pietatis amorem
 Prælonga simulans monstrosi in veste cuculli,
 Qui Ceruam adduxit ramosis cornibus altum.
 Tota cohors vero saltabant ordine longo
 Sæpius in numerum inter se, corpusq; mouebant,
 Quin etiam audebant Ducibus colludere sorte,
 Atq; modis varijs risumq; iocumq; ciebant.
 Hoc fine illius clauduntur & acta diei.

Pugna pe-
 destris &c.
 9. Maij.

Quando erat emensus mediū sed Phoebus Olym-
 Luce sequente, iterū lusere in imagine pugnae.
 Namq; cohors ingens Procerum Caraphracta
 Hastis et gladijs validis armata coruscis, (pedestris,
 Ingrediebatur mediū, longo ordine, circum.
 Stant circa stadium patres, matresq; puellæ,
 Et iuuenes, intenti animis oculisq; sequuntur
 Intrepidas mentes, fulgentemq; ære cateruam,
 Et veterum agnoscunt ex illis ora parentum.

Ex

Ex illis ausi quatuor procedere soli,
(Appellant hodie vulgò quos Mantenatores)
Pectore magnanimoq; alijs se opponere cunctis,
Quisq; gerens propria proprium sibi casside signum.
Primus erat THEODORICUS VICEdomnus in Eck
Consilio, sermone potens, & fortis in armis, (stedt,
Saxonica clarus, simul & vir carus, in Aula.

Quatuor
Mantenatores
&c.

At FRIEDERICUS BOCKUS erat Gersheimius alter,
Stemmatibus nulli, nulli virtute secundus.

Pancratius sequitur, cui prisca Colonia fecit
Cognomen, Lybico similis qui corde leoni,
Illa gerens sacro à Baptismate nomina cum re.

Quartus ab AVRSVALDIS clarum cognomen ha-
Laude Palatina gestorum clarus in aula. (bebat,

Ausibus insolitis hi concertare fuerunt
Hastis & gladijs, pugnarum more, parati,
Cum cunctis toto stadio tunc quotquot adessent,
Nuncupat Auentorires quos nomine vulgus.

Contra hos opposuit se primò Sponsus IOLAS
Cum bis sex socijs, præclaro stemmate natis,
Arte laboratis cum vestibus, atq; politis
Armis, consueto illorum de more iocorum.

Auentorires
&c.

Ponè, cohorte sua, Sponsum, Dux est LVDOVICUS
VVIRTEMBERGENSIS, bis maiori, inde secutus,
Gressibus incedens adeò augustisq; decoris,
Ipsemet armipotens ac si Gradivus adesset:
Induta in nigris, croceis & vestibus albis.

Inde ubi personuit tuba clara per aëra signum,
Et pulsata forent caua tympana verberare crebro:
Ingenti aduersis strepitu accurrere sarissis,

D 4

Non

Non secus ac taurus cum taurum cornibus vrget,
Post fractas hastas, gladijs pugnare coruscis
Cominus incipiunt, propiusq; laceffere Martem.

Atq; ita de quatuor, cum quolibet hoste gradatim
Opposito torfit tres longas, quilibet, hastas.
Addendo gladijs mox postea verbera septem
Fortia, quæ tenues resonabant iacta per auras.

Hinc ipsi quatuor, reliquo simul agmine toto,
Diuisi æquales iusto discrimine partes
Oppositas sibi sunt, ac è regione locati,
Quilibet vt solus cum solo quolibet hoste
Vnam torquendo tantum confringeret hastam,
Frangeret & gladios tot post pugnando coruscis,
Cum opposito posset sibi quot, pro viribus, hoste.

*Confertio
pugna &c.*

Sic tandē cataphracta cohors vno impete pugnans,
Alter in alterius simul irruit arma, citatis
Hastis & gladijs, geminandis ictibus omne
Naturæ robur tentant, viresq; laceffunt,
Verbera verberibus miscent, micat æreus ensis,
Crebra manus strepit, atq; sonat caua tempora circum,
Ictibus ingeminant ictus, tinnitibus æther
Multisonis resonat, totoq; in Corpore sudor
Liquitur, & salsum (nec respirare potestas)
Flumen agit, fessos quatit æger anhelitus artus,
De galeis cristæq; leues sparguntur in auras.

Nec mora, nec requies, vt multa grandine nimbi
Culminibus crepitant, sic pulsant ictibus arma.
Donec iudicio Primorum accurrere iussi
Ex famulis, lassæ finemq; imponere pugnae,

Donec

Donec & in tenues, hastæ, gladijque corusci,
Omnino partes, frangendo redacta fuissent.

Poltea nox umbra cum cæca obduxit olympum,
Ad mensas redeunt, & liberiore fruuntur
Baccho, post teneras ducunt, pro more, choreas.

In quibus ornatis verbis, fermoneque pulcro,
LVCAS THANGELIVS rursus preciosa *Spæß*
Distribuit, socijs vnâ cum, nomine Sponsi.

*Ductio cho
rearum &
distributio
munerum.*

Namque tribus primis fuerat congressibus hastam
Fortiter oppositum sibi qui iaculatus in hostem,
Hastula pro merito huic donata est aurea digno.
Sed qui in verberibus septem pugnando coruscos
Complures gladios fregisset pectore forti,
Auro resplendens huic chirotheca dabatur.

Auro de puro **DAMIANO** est hastula dono
Vitzdomno data, quod primis congressibus hastas
Tres contra oppositum sibi bellè fregerat hostem.

Munus at **HEINRICUS Rivvitzky** accepit opimum
Tunc gladij, gladios validis quia quinq; lacertis
Fregerat in primis congressibus, atque duello.

Est deinceps **Theodoricus Vicedomnus** ab **Eckstedt**
Donatus chirotheca, quæ constitit auro,
Fortiter in pugna gladijs quia, fortior hastis
Certârat, dederatque illi victoriâ palmam.

Dux **Ludouicus** (amans gymnasmata Martis honest
Plus, quam Lurconum conuiuia lauta pigrorum) (sti
VVIRTEMBERGENSIS, quia descendisset arenæ
In medium, incessu, iuncta grauitate, decoro,
Et quia tres gladios minuisset verbere forti
In pugna, quæ, conflictu, est repetita, secundo:

E

Dona

Dona tulit, gemmis, auroq; nitentia, quarta.

Et præ læticia, quæ nescit tempora, somnum
Contemnunt, rutili donec prænuncia solis
Purpurea extollit roseum Tithonia vultum.

*Ludi gladi-
atorij 10.
Maij.*

Postremus, decima, ludus, post prandia, luce
Huius erat Maij, pugnacis lucta palæstræ,
In quo non galeis tecti, sed corpore nudi,
Fustibus & gladijs sibi demulcere solebant
Membra, caputq; manus, inter se vulnere multo.

Hæc ipse attentis oculis dum singula lustro,
Stans in aquæ ductus, stadium prope, margine celsi,
De quo præ reliquis poterã omnem cernere pugnam,
Irrupit quidam peruerso pectore seruus,
Qui me præcipitem gelidas detrusit in vndas,
Inq; meum subijt spacium nebulo improbus, at me
Lapsum præcipitem cuncti & risere natantem,
Distortoq; vndas liquidas ex ore vomentem.

Faust:

*Geniue
nuptiarum.*

Fœlix:

AT nunc, quæso refer, quos secũ Sponsa propinqs,
Quos etiam Heroas, nostras adduxerit oras.
Rumor erat constans, hæc ad noua gaudia, bis
Conuenisse Duces peregræ, Comitesq; Barones, (sex
Præclarosq; viros alios, natalis origo
Nota mihi quorum non est, nec nomina constant.
Attamen illorum poterit pars cognita maior
Esse tibi ex suprã memoratis atq; relatis.

Faustus:

Vix Helenæ formosæ & flauicomis Menelaï
Credibile est tanta pompa celebrata fuisse
Sumptibus & tantis, socialia fœdera lecti.
Sed miror custos quod te intromisit in aulam.

Cona

Contextæ fuerant molli mihi vimine narsæ,
Smaridis, aut bdellæ, parui retinacula piscis,
Has ego, cum scirem conuiuas affore multos
Connubio nostri, virtute illustris, lolæ,
(Vt si fortè forent pisces seruentur in illis.)
Magnificam venum produxi illius ad aulam,
Cum quibus immissus connubia talia vidi.

Fœlix.

O Fœlix præclara tibi sors contigit, hæc
Spectandi pompas quod sit concessa potestas,
Nec tamen infœlix ego sum, cum tu mihi præco
Sis datus, vt nostri caneres mihi gaudia lolæ.
Restat vt his precibus claudatur sermo serenis:

Faustus.

Conditor ô cœli, spaciosi conditor orbis
Conditor oceani, sapiens DEVS, alme profundi, *Epithalamii*
Aeternum in triplici subsistens Numine Numen *on.*

Vnum, coniugij qui fautor & autor honesti,
Qui non vis hominum genus, vt fera crescere bruta,
Pollutô illicitis in vita hæc corpore flammis,
Sed cum sis, castum sanxisti, castus, amorem,
Vna viro thalami consors iungatur vt vni
Legitimè, humanum genus vt sobolescere possit,
Et tibi posteritas æternas dicere laudes:

Te nunc deuoti deuota voce rogamus,
Hisce nouis quoq; Coniugibus tu fautor adesto.
Fac viuant longos instar cornicis in annos,
Vitæq; cum vera tibi sit Pietate probata.
Amborum stabili coniungito pectora amore,
Viuant concordis concordis turturis instar.
Gratia, casta Venus, pax & concessa voluptas
Confirmant socij semper pia fœdera lecti,

Bona corporalia.

E ij

Mutua

Mutua suscipiant ex quo quoque pignora cara,
SAXONICÆ Gentis ne stirps intercīdat vnquam
Prisca, nec arescat de RVTÅ nobile SERTVM,
Sed potius florens longum perduret in æuum,
Christicolūmq; sua contra virtute venena,
Noxia defendat posthac, velut ante, popellum.

Bona fortun-
na.

Vide 4. tom
lat: Lut: Je-
nen: folio,
780. b.

Et quia frustramur nostro sudore, labore
Sæpe etiam duro, nisi tu benedixeris illi:
Da benè consilijs sapientibus omnia cedant,
Commodaque ad Patriæ referantur publica caræ.
Pelle procul vulpes, serpentes, pelle dracones,
Pelle lupos stabulis, ab ouili pelle leones,
Monstra solent Aulæ magnorum qualia Regum
Cum propria & populi non rarò clade fouere,
Mutua Doctorum fac vt concordia mentes
Consensu verbī in templisq; scholisq; gubernet.
Crescat in immensum florens Resp: fructum,
Et ciues semper fœlicia tempora ducant,
Da pacem, belliq; procul dispelle tumultum,

Bona ani-
mi.

Sic Pietas, virtus, & auitæ gloria Gentis
Saxonicae toto semper celebrabitur orbe.

Bona spiri-
tualia:

Da Sponso & Sponsæ longæuam ducere vitam,
Et tandem astrigeris cœli succedere tectis.

Sic porrò incolumes, Matrem, Fratremq; Sororem:
Conserua Sponsi, Sponsæ reliquosq; Propinquos.
Fac omnis sacri illius conuiuia iugalis
Aligerūm vigili sanctorum tegmine tutus
Incolymi Patriam redeat cum corpore terram.

Ano.

Annuat his precibus, quod & ipse medullitus opto, Fœlis
OMNIPOTENS, thalami cui sunt pia fœdera curæ,
Per CHRISTVM Dominum laudandus in omnibus,
A M E N.

Sed quia iam mediū Phœbus superavit olympū,
Et potero nostram vix cursu attingere villam,
Si morer hīc, reliquosq; velim tibi dicere cultus,
Digredior, noctemq; precor tibi Fauste secundam.

FINIS.

Psalm 115.

לֹא לָנוּ יְהוָה לֵאמֹר
כִּי לְשִׁמְךָ יְהוָה
כְּבוֹד עַל חֶסֶד
עַל אֱמֶתָה :



E iij

Carmen

CARMEN DIMETRVM IAMBICVM
Sebastiani Glaseri, &c.

Vere beatus, & DEO
Factus maritus auspice,
Pudica quem domi fouet
Puella, non solubili
Tori ligata vinculo.

Non hic opes Mydæ sitit,
Ducum nec aulas suspicit,
Habet sed instar omnium
Vxoris vnum basium,

Hanc ardet, hanc amplexibus
Dulcissimis fouens, suam
Vitam vocat, suum decus,
Suumq; carum corculum,

Flagrans at illa non minus,
Pari suum complectitur
Fide maritum, mutuis
Certant amoribus pares.

Tuentur hunc torum Venus,
Cupidines & Gratia,
Amica pax, quies, amor,
Beant iugale gaudium.

Philips

PHILIPPVS MELANTHON.

Pectus vt in Sponſo flammaram incendia ſentit,
Qui vero Sponſæ flagrat amore ſuæ:
Naturam ſociam vero ſic diligit igne
FILIVS æterno de GENITORE ſatus.
Induit immoto quam fœdere, quo ſibi noſtrum
Fraterno pariter iunxit amore genus.
Iura tori DEVS exemplum cùm fœderis huius
Eſſe velit, caſtè præcipit ipſa coli.

B. 2. facie 2. verſu. 29. Pro, Sic niſi preſſa malis &c. lege: non niſi &c.

I E N A E.

Typis Donati Richtzenhan.
Anno 1583.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

LENA

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



147 535

X 2207143

n. 15

Handwritten text on the left edge of the page, including the word "Bismarck" in red ink.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13



DE NVPTIIS
ILLVSTRISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI, DOMI
NI FRIEDERICI VVILHELMI, DVCIS
Saxoniae, Landgrauj Thuringiae, Marggrauj Mis
niae: Et illustrissimae Domine SOPHIAE, Sponsae,
filiae illustrissimi Principis ac Domini, D. CHRIS
STOPHORI, pia ac laudatae memoriae,
Ducis VVirtembergensis & Teccens
sis, Comit'is Montis Pellicardi,
E C L O G A,
Continens festiuam narratione totius pompae nu
ptialis, Primò in DEI laudem & gratiarum actionem,
Deinde in Sponsi & Sponsae honorem & gratu
lationem, Et in pia posteritatis gratam
memoriam, conscripta à
IOHANNE DITMARO VVITEB:
Anno Domini M. D. LXXXIII.



Handwritten note in cursive script, likely a library or archival record.

I E N A E
Typis Donati Richtzenhans

